per quos admissi sunt baccalaureandi quinque:

Gregorius Krokaw	determinavit sub magistro	Muchelio
Wolffgangus Peylinck Lipsicus		
Nicolaus Scheubleyn		Sawr
Ioannes Newman de Glocze		Casparo Deychsel
Thomas Heynacz Stendalius		Georgio Krawß.

* Inter quos fuerunt duo pauperes, videlicet Gregorius Krokaw et Ioannes Newman de Glocze, qui probarunt testibus adductis pauperiem. *

C 153'. Eodem anno, die undecima Marcii senatui facultatis nostre coaptatus est mgr. Ioannes Albius Lenomontanus solutis solvendis. März 11.

Die vero decima sexta Marcii assumptus est ad facultatem mgr. Petrus Scorlerus solutis solvendis pro consuetudine. März 16.

Laus[1]) deo in evum.

Sors[2]) bona me voluit nostro succedere Calvo,
Esset ut amborum hic quoque iunctus honos.

G. a. S.

N 54'. Haec nostrae proavi dant certa insignia genti,
Sed suus ex merito quemque tuetur honos[3]).

Ταυτά γε καλὰ ῥόδἰ ἐκ γενεῆς πεφυκότα καλῆς
Τὴν χάριν εἰαρινήν κ'οὐδεν' ἄκανθον ἔχει.

1527 Sommersemester. 236. Decan Georg von Soda von Hannover.

N 55. Anno[4]) a nato Christo servatore nostro millesimo quingentesimo vigesimo septimo in vigilia Paschatos, quae erat dies mensis Aprilis decima quarta, ego Georgius a Szode Hannoverensis, bonarum literarum et philosophiae magister, concordi electorum suffragio facultatis artium decanus electus sum. Usus sum autem in magistratu meo subscriptis, ut vocamus, officialibus: Apr. 14.

Executores fuere mgr.
- Sebastianus Sibart Muehlensis
- Ioannes Weiß ex Senfftenberg
- Ioannes Sawr Calvus
- Georgius a Szode decanus.

Clavigeri mgr.
- Arnoldus Wostefelter Lindavianus
- Foederigus Peypus Forchemius
- Georgius a Szode decanus.

---

[1]) Fehlt in N. [2]) Die Verse sind von der Hand des folgenden Decans Georgius a Szode geschrieben, sie fehlen in C. [3]) Danach folgt ein schönes Wappen. Der Schild von links oben nach rechts unten schräg getheilt, oben roth, unten weiß. Im oberen Felde eine weiße, im unteren eine rothe Rose. Der geschlossene Stechhelm mit einem Kranz geschmückt. Auf dem Helme eine weiße und eine rothe Rose an mehrblättrigen Stielen. Unter dem Wappen befindet sich das oben gedruckte griechische Distichon. [4]) Dies Decanat ist in C einzutragen vergessen worden. In N kleine Initiale A in buntem Blattwerk auf Goldgrund. Die Columnenüberschrift fehlt.